+ 540 492

G. Lewicka Assecuratio.

Coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Branscen. personaliter Comparens Generosus Stanislaus Lewicki Succamerarius Terrae Bielscensis in Kiewodnica Kozany etc. haeres sanus mente et corpore existens palam publice ac libere recognouit. Quia Generosae Mariannae Lewicka filiae suae charissimae cum Generosa Zophia a Karmień Młodzianowska progenitae dotem ipsam de bonis Kiewodnica Kozany et alijs eo spectantibus paternis et maternis legitime Concernen. in eisdem bonis Summam paratae pecuniae Decem Millium floren. Polon. in auro vero argento, margaretis et lapidibus preciosis Quinque millia floren. polon. (expeditionem vestium et paraphernalium non includendo) inscribit et assecurat. Quam quidem summam tam in paratis pecunijs quam et in clenodijs praemissis idem ipse recognoscens Generosus Stanislaus Lewicki Succamerarius Terrae Bielscen. ex supra scriptis bonis suis omnibus possessionatam suam adeo de eisdem bonis onerando Submittit et inscribit eidem Generosae filiae suae quam primum Deo fauente in matrimonium elocata fuerit realiter et effectiue reddere et persoluere Sub vadio simili aliorum Quindecem Millium floren. polon. in defectu persolutionis ad soluendum Succumbendo. Et Coram officio praesenti Castrensi capitaneali Branscen. in primo Citationis Termino peremptorie responsione ac pro omnibus praemissis satisfactione. Omnibus Controuersijs exceptionibus, allegationibus, euasionibus, vera vel simplici infirmitatibus motionibus appellationibus ac earum prosequutionibus praemissa euadere volendo. imo his omnibus et alijs in vniuersum iuris remedijs cautelis et defensis legalibus impedimentis etiam de iure concessibilibus se et suos successores omnino abrenunciando et abrenunciando Sub amissione suae et suorum successorum totius et integrae Causae. Personali sua recognitione in praemissis mediante.

Inter Gnosum Succamerarium Terrae Bielscen. et G. Brzozowski intercisae Approbatio.

Coram officio et actis praesentibus Castren. Capitan. Branscen. Personaliter Comparentes Generosi Stanislaus Lewicki Succamerarius Terrae Bielscen. Nomine suo et Generosae Zophiae a Karmień Młodzianowska Coniugis suae a qua de rato et grato informationis plenissimae pacem cauet ab vna. Et Generosus Joannes Hieronimus Brzozowski olim Gnosi Christophori Brzozowski Notarij Terrae Bielscen. filius partibus ex altera Sani mente et corpore existen. palam publice libere. verbis per expressis recognouerunt et quilibet illorum suo pro interesse recognouit. Quia ipsi intercisam certam inter se de data in Kiewodnica die sedecima Februarij Anno praesenti confectam manibus suis et Certorum amicorum subscriptam vadio quindecem Millium floren. polon. firmatam et ratione Certarum Conditionum initam in omnibus eiusdem intercisae punctis, clausulis articulis, et Conditionibus Approbant Confirmant et Ratificant. Eaque omnia in intercisa praefata exarata et conscripta idem ipsi recognoscentes tam in toto quam in quauis minima parte de omnibus in genere et singulis in specie bonis suis mobilibus et immobilibus possessionatam suam adeo de eisdem bonis onerando Submittunt et inscribunt tenere adimplere perficere et exequi et inuiolabiliter obseruare Sub vadio Quindecem Millium floren. polon. in defectu alicuius conditionis per partem aliquam non expletae ad soluendum Succumbendo. Pro quo quidem vadio ex quacunque occasione et Conditione non expleta pars praemissa non tenens ad instantiam alterius partis tenentis et explentis vel eius Successorum Ad officium Capitaneale Castrense Branscen. Citato existens vel Successores Citati erunt extunc in primo Citationis Termino tanquam peremptorio peremptorie

492 ob

peremptorie stare, parere, rendere et pro vadiis succumbere tum citatis omnibus ab officio non recedendo satisfacere ac omne iudicatum pati tenebitur illiusque Successores tenebuntur. Eundem Terminum primum peremptorium et alios omnes causae eiusdem terminos semper peremptorios vera vel simplici infirmitatibus actione pro maiori minoreque aetate successoria extraditione mala positione inordinata seriptione ac ignorantia citationis processusque in contumaciam obtenti iuratoria evasione interregno absentia Regis a Regno in Curiis tandem in fines Regni bellica expeditione servitio militari hostis exemptione legatione intra vel extra Regni conventione etc. vel particulari solutione vadii ad electores quorumvis etiam in instanti statutos et aliis quibusvis dilationibus, evasionibus, notionibus appellationibus ac earum quibusvis prosequutionibus praemissisque evadere volendo immo his omnibus et aliis in universum iuris remediis et defensis legibusque impedimentis etiam de iure concessibilibus se eiusque successores abrenunciando et abrenunciando.

G. Zuba Exactoris T. B. **Quietatio.**

Coram officio et actis praesentibus Castren. Capitan. Branscen. personaliter comparens Generosus Nicolaus Turobojski Rotmagister Districtus Bielscen. sanus mente et corpore existens palam publice ac libere recognovit. Quia ipse a Generoso Joanne Casimiro Zuba Exactore Terrae Bielscensis summam decem millium floren. polon. pro stipendiis militibus Districtus huius Bielscensis ad quartale praesentem spectans tum et trecentos floren. polon. pro loco sibi iuxta laudum Terrae huius Bielscen. provenien. realiter et effective recepit ideoque receptam eiusmodi satisfactione ipsum Generosum Exactorem nomine suo et omnium commilitonum auctoritate Conventus Terrae Bielscen. sibi concessa quietat et liberum facit perpetuo.

Piotrowo Troiany **Obligatio.**

Coram off. et actis praesentibus Castren. Capitan. Branscen. personaliter comparens Nobilis Jacobus ol. Joannis Piotrowski de Piotrowo Troiany et Poplawy heres sanus mente et corpore existens palam publice ac libere recognovit. Quia Nobili Valentino ol. Valentini Piotrowski et eius posteris bonorum suorum immobilium in haereditate Piotrowo Troiany consisten. unam aream haereditariam, incipien. a via Zaslotna per plateam usque ad aliam viam Zaslotna penes metas Bartholomaei fratris sui iacen. in obligatione Mathiae Poplawski et Bartholomaei Kowalczyk cum agro horto pomario prato arboribus et omnibus utilitatibus fructibus attinentiis et pertinentiis nullis exceptis in sex sexagenis Polon. hinc ad exemptionem et summae totalis integram et indivisam exolutionem obligavit inscripsit. Ipsumque illi realem ex nunc offere acceptandam dat et admittit. Pacem que tuitionem evictionem omnimodam occasione exemptionum ab omni impedimento iuridico quarumlibet personarum propinquarum et remotarum toto tempore tenutae eius cavet sub vadio simili alia non sex sexagenarum. Et coram officio praesenti in primo citatoque termino peremptorio respondere ac satisfactione sine ulla dilatione motione appellatione diffugio ac exceptione.

Pruszynskie **Quietantur.**

Coram officio et actis praesentibus Castren. Capitan. Branscen. personaliter comparens Nobilis Catharina filia Nobilis Balthazari Woino relicta ol. Nobilis Petri Pruszynski sana mente et corpore existens palam publice ac libere recognovit. Quia Nobiles Jacobum et Nicolaum Pruszynskie eiusdem Petri Pruszynski privignos suos, de persolutione summae centum florenorum polon. per olim fratrem Nobilem Petrum Pruszynski maritum et parentem utrumque modo Ampliati debiti